Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De lineis manifestantibus mortem per sententiam cum corporum laceratione

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

De lineis manifeſtantibus mortem per ſententiam, cum corporum laceratione.

FIGVRA CCLXLV.

Habens duas lineas, vnam Iouis, & alteram Martis diuiſas in plures, vt in fig. 295. iudice authore trucidabitur.

Fi-

FIGVRA CCLXLVI.

Habens lineam breuem in ſituatione Saturni ex parte ſiniſtra, & aliam lineam diuiſam in plures partes in situatione Martis, & alias duas oppoſitas in situatione Veneris, ideſt vnam breuem, & rectam ex parte dextera, & alteram cũ ſemicirculo ex parte ſiniſtra, vt in figur. 299. Iudicis ſen entia publice abſoluetur à vita.

FIGVRA CCLXLVII.

Habens quinque lineas, vnã breuem in situatione Saturni, vnam cum ſemicirculo in situatione Iouis ex parte dextera, duas oppoſitas in situatione Martis habentis duos ramuſculos, qui ſe intrinſecant ex parte dextera, & quintam breuem ex parte ſiniſtra in ipſa ſituatione Martis, quæ veniat

ad

illam Solis ex parte dextera , vt in figur.297. detrudetur in carceres,patietur tormenta, & mortem publicam.

FIGVRA CCLXLVIII.

Habens vnam lineam cum duobus vncis,qui deſcendant deorſum à ſituatione Martis vſq; ad illam Solis,vt in figur.298.publicā mortem ſufferet cum ſui corporis carnificatione.

FIGVRA CCLXLIX.

Habens duas lineas diuiſas in plures partes, vnam in ſituatione Martis & alteram in ſituatione Veneris,vt in figur.299.publici à carnifice occidetur, & ſuum corpus in fruſta ſecabitur.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

FIGVRA CCC.

Habens duas lineas, vnam cum vnco ex parte dextera in ſituatione Iouis aſcẽdentem vſq; ad ſituationem Saturni,& alteram in ſituatione Solis cum vnco ex parte dextera, vt in figur.300. morte punietur cum corporis laceratione.

FIGVRA CCCI.

Habẽtis duas lineas curuas vnam in ſituatione Iouis, aſcendentem vſque ad ſituationem Saturni, & alteram vſq; ad illam Martis, vt in figur.301. prætor præſidi caput iubebit.

FIGVRA CCCII.

Habens lineam ſicut S, in ſituatione Martis, tangenté ſituationem Iouis, vt in figur. 302. iudicis iuſſu amputato capite caſtigabitur.

FIGVRA CCCIII.

Habentis vnam lineam confuſam in ſituatione Solis, vt in fig. 303. caput à corpore diuidetur ſententia iudicis iniqui, & iniuſti.

FIGVRA CCCIV.

Habens duas lineas obliquas: vnam ex parte ſiniſtra in ſituatione Martis, & alteram in ſituatione Veneris, vt in figur. 304. corporis in duas partes diuiſi pœnam luet.

FIGVRA CCCV.

Habens vnam lineam longã, & vndatam in ſituatione Martis, vt in fig. 305. inciſo capite tradet ſpiritum.

FIGVRA CCCVI.

Habens vnã lineam tortuoſam, & formæ inuſitatæ in ſituatione Martis, vt in figur. 306. iudicis determinatione incidet in mortẽ ſeparatur capite.

FIGVRA CCCVII.

Vna linea in ſituatione Martis cum ſemicirculo ex parte ſiniſtra, vt in fig. 307. præmonſtrat peremptorum natum ſententia iudicis cum corporis laceratione.